



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 27. Lotharingus Cardinalis Romam profectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

**Sæcul. XVI.**  
**A. C. 1563.**

imo nec scandalosæ, neque tamen typis publicis edendæ, eoquod in illis quædam difficiliora occurrerent loca, quæ ibidem non satis exacte explicata sunt; nihilominus Grimanus nec Patriarchale *Pallium*, nec Romanam Purpuram obtinere poterat, proin in hac Synodo unice juris quæstio, quæ quædam hujus Patriarchæ scripta concernebat, examinabatur, & quæstio facti circa accusationum capita sacrae Inquisitioni relinquebatur, nam is inter alia insimulabatur, quod arctam foveret amicitiam cum ejusmodi Viris, qui postea de hæresi convicti fuerant: insuper aliæ adhuc accusationes contra illum, ejusque sententias proferebantur.

§. XXVII.

*Lotharingius Cardinalis Romam profectus.*

*Pallav. c. II.*  
*n. 2.*  
*Mem. p. 503.* Die decima octava ejusdem Mensis Septembris, vel circiter hac die Lotharingius Cardinalis iter cœpit Romam versus, comitantibus eum diversarum Nationum Episcopis, ac Theologis, inter quos Pragensis Archiepiscopus numerabatur: porro eundem summus Pontifex perhonorifice excepit, atque in Vaticano Palatio habitaculum assignans illum publice visum ibat.

§. XVIII.